

## LXXV.

IL MEDESIMO AL MEDESIMO<sup>(a)</sup>.

[B, c. 68; P, c. 11; C, c. 221; G, c. 149; Ra, c. 358].

Padova,  
17 agosto 1396.

Lesse avidamente  
la breve sua lettera  
tanto attesa,

e col rileggerla più  
volte, la fece lunga;

fu commosso so-  
prattutto di trovar-  
vi la parola ami-  
cizia.

A differenza pe-  
rò di quel che fa  
l'amico, non ri-  
sponderà a ciascun  
argomento, che ciò  
non è né necessario  
né possibile, ma  
sceglierà un solo  
tema, e su di esso  
dirà il pensiero suo  
secondo il destro  
del momento.

Dunque per ora  
toccherà della for-  
mazione dell'ora-  
tore.

**L**ITTERAS tuas quas proxime dedisti, quo serius ac constitutum erat  
nactus sum, eo avidius<sup>(b)</sup> perlegi, sive quod maior illis ex mora  
cultus ac dignitas inerat, sive quod ita usu eveniat, ut que diu  
nobis desiderata sunt maiore quadam voluptate suscipiamus: quam-  
quam nichil unquam venire a te queat quod non et pretio sui et  
existimatione mea gratissimum habeam. hinc factum est ut, tu  
etsi<sup>(c)</sup> brevem epistolam conscriperis, ego tamen longam legerim, 10  
cum nichil amplius legerem quam quod tu ipse scripsisses. quo  
tandem pacto? quod non semel tantum michi perfecta est, sed uno  
fere spiritu pluries ab initio ad finem, repetito tenore, relegi. multa  
ibi preclara, multa pergravia<sup>(d)</sup>, multa iocunda; sed ante omnia sanctissimum amicitie nomen erat, cuius ego recordatione ita demulceor 15  
ut nichil possem suavius audire. deinde illud miratus sum, quod in  
tam brevi epistola tam accurate litterarum mearum singulas partes  
attigeris ut ne minimum in responsione pretermissum sit. quod  
ego quidem non sum tecum facturus, primum quia de nulla re con-  
tendimus, sed inter nos plane de omnibus convenit; deinde ne forte 20  
necesse sit nobis longiores epistolas ordiri, quod neque tibi curia  
permittit nec in me studia quibus deditus sum patiuntur. verum ita  
faciam: ex epistolis tuis aut<sup>(e)</sup> unde videbitur rem unam colligam et  
in eam quod memoria presens suggesteret quodque promptum in os  
venerit dicam. tu quemlibet morem sequere; soli enim michi legem 25  
hanc prescripsi. quod igitur in extremo litterarum tuarum est:  
« duabus te rebus potissimum impediri ne aut crebro scribas aut fa-  
« cile », id me non<sup>(f)</sup> movet, quod et curie<sup>(g)</sup> frequentem adesse te  
oporteat, et quod in hec dicendi studia novus insolitusque veneris. de  
priore alias fortassis, de posteriore nunc dico. ac primum quidem, ne 30

(a) BG P. P. V. Ludovicu Buzacharino C P. P. Vergerius s. d. Alovisio Buzacha-  
reno P Ad Ludovicum Buza, patavinum Ra P. P. Vergerii Iustinopolitanus ad nobilis-  
simum civem patavinum Ludovicum Buzacharenus (b) G accidius (c) BG ut et tu si  
CP ut tu etsi (d) GP gravia (e) C ut (f) BG nunc (g) BP curta G curiam